

1157

D O G M A T I C I

1158

lorum dicitur Petrus, hanc suam Theologiae Summam nuncupavit Guillelmo Senonensi Archiepiscopo, postea Remensi (voti Historiam Scholasticam eidem dicauerat Petrus Comestor) idque circa annum 1170. Agunt de Petro Pictaviensi Lombardi Discipulo et in Cathedra Successore, atque in iis etiam, quae minus probata, cum eo sentiente, ideoque ab Gualtero S. Victoris Priore impugnato et cum Magistro suo, Petroque Abailardo, Gilberto item Porretano adpellato Galliae Labyrintho Oudinus T. II. col. 1499. Fabricius L. XV. France litteraire T. IX. Partitio illius I. in Codice: *Inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt &c.* Quamvis Partitionem praecedat Elenchus Capitum. Quae Partitione III. tractat Autor de Gratia, Peccato et Virtutibus, apud Magistrum ejus partim L. II. partim III. habentur. Ad errores ejus animadvertit *Mathildus cit.* in *Praef.* His non obstantibus ad Archiepiscopatum Ebrodunensem in senio pervenisse e male intellecto Alberici in *Chron.* ad an. 1206. loco scripsere *Sammarthani Galliae suae Christ.* T. I. et post eos alii. Sed Mauriani *Galliae Christ.* novae T. III. col. 1075. nos deducere.

CCCCLXVIII.

U. 278 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 172. f. maj. per duas columnas nitide descriptus, literis initiorum deauratis et picturatis, minioque comtus Petri Lombardi IV. *Sententiarum Libros* of-

fert initio sumto a Prologo: *Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra &c.* Hunc omnium IV. Librorum Capitula excipiunt, *Distinctionibus* tantum per Operis decursum in margine adsignatis. Opus integrum, probe scriptum hac clausula, quam Scriba literis illis diplomaticis uncialibus angustissimis exaravit; terminatur: *Christus laudetur quia libri finis habetur. Finito libro sit laus Iesu Christo.*

CCCCLXIX.

Codex membraneus lat. Sec. U. 279 XIII. Folior. 143. f. per duas columnas bene scriptus, et rubricis enotatus aliud Petri Lombardi Exemplar continet insignitum: *Sententiae Magistri Petri parisiensis*, in eo a praecedente differens, quod Libris singulis suum *Capitulare* praefixum est. *Distinctiones* porro in margine tantum adnotantur. Textus integer ita subscribitur: *Expliciunt sententiae magistri petri de italia.* Rite; nam aut *Novariensis* fuit, aut, quod contendunt *Lettere ragionate Lucae* 1775. editae, *Lucensis.*

Fol. 142. alia aequè vetusta manu *Ammonitio innocentii pape III. Pro liberatione terre sancte ierusalem.* Incipit: *Quia maior nunc instat necessitas, quam unquam institerit &c.* Ut in *Cocquelinii Bullario* T. III. Romae 1740. n. XCII. p. 158. f. Post verba: *congruo loco et tempore* circa finem aliqua abscisa sunt.

Fol. 143. *Littere de convocando concilio. Archiepiscopis Episcopis*

C 3

1159

CODICES

1160

*scopis &c. Vineam domini sabaoth multiformes moluntur bestie demoliri &c.* Indictio est Concilii *Lateranensis* IV. ab eodem *Innocentio* a. 1215. prout habetur una cum mox relata *Epistola Concc. Labb. T. XIII.* edit. *Venet. col. 909.* pariter sectionem passa.

Adscripta demum est brevis *Disquisitio de Peccatis et irroganda Poenitentia*, quae incipit: *pro adulterio. fornicatione. periurio. homicidio manifesto. debet iniungi Septennis penitentia &c.*

CCCCLXX.

U. 630 Codex membranaceus lat. Sec. XIII. Folior. 281. f. maj. per duas columnas angustas marginibus latissimis luculente exaratus, et coloribus illustratus est nobile Exemplar IV. *Librorum Sententiarum Petri Ep. Parisini* a Patria dicti *Lombardi*, qui a. 1164. excessit, quanquam *Librarius* nomen ejus nusquam adnotaverit. *Libri* singuli *Distinctionum* Rubricas praefecerunt, ut v. g. in Edit. *Lovan. 1546.* f. Itaque Liber I. orditur: *Omnis doctrina est de rebus uel signis. &c.* Textus vero ipse a Proemio: *Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra &c.* Atque hinc incipiunt *Notae* marginibus currente quidem, sed ejusdem aevi calamo non parce adscriptae, et toto *Volumine* productae. Ad totius *Operis* calcem, quod rite definit: *ad pedes usque via duce peruenit*, legas: *Secundum magistros parisienses Magister in sententiis declinauit a communibus opinionibus*

*Magistorum*, et adferuntur *Declinationes* secundum omnes IV. *Libros* numero 30. Duplo igitur plures, quam *Editionibus* adjectae titulo: *In quibus Magister non tenetur*, reperiuntur.

CCCCLXXI.

09 Codex membranaceus lat. Sec. R. 2294 XIV. Folior. 199. f. per duas columnas admodum eleganter per scriptus, rubricis comtus, et prius *Monasterij sanctae Dorotheae Virginis in Vienna*, aliud est praecedentis *Operis Exemplum* perpetuis *Notis* marginum illustratum, in cujus *Theca* antica recensentur ea, *In quibus magister Sententiarum non tenetur*, subjuncta hac *Notula*: *Anno 1153. Tempore fridrici Imperatoris sub quo erat scisma. Qui eciam in Armenia in ripa submersus est, liber sententiarum compilatus est per petrum lombardum parisius, et Indice alphabetico; in postica vero legitur: Emi a magistro Jo. Hesse tunc vicario Episcopi Ratisb. pro 8. florenis ungaricis sub partu Redemptionis Anno. Domini. 1438. Barbare virginis.*

CCCCLXXII.

Codex membranaceus lat. Sec. R. 3284 XIII. Folior. 260. f. pereleganter exaratus, minio pernotatus, et olim *Coenobii Gärstensis* O. S. B. ad *Styram* super. *Austriae*, *Libros IV. Sententiarum Petri Lombardi* habet, quorum duo saltem prima folia ita exciderunt, ut nunc ini-